

- Quod nunc emissos orcus si redderet orbi
Discors aut nullus esset utrique suus.*
35. *Si redeat vita Polinices, non sibi quisquam
Quem Thebas mittat Thideus aliter erit.
Qui nunc atatis vivi moriuntur amicis?
Defunctus Scipio vixit adhuc Lelio.
Teste polo Pollux paritur vivere fratri.*
40. *Fratribus en multi quid tibi Reme tuus.
Flammæ Phætontis successerat umbra sororum
Nunc multa fratrem morte larem vacuant.
Plauserat Alceste pro coniuge fata mereri,
Plures ecce viro quod Clitemestra suo.*
45. *Ne sine se natus mare cum nato subit Ino,
Nunc multa natis quod sua mater iti.
Eius qui patrem per mille pericula collo
Impositum, soli tunc metuens oneri,
Morti subduxit, simili pro laude subivit*
40. *Lausus ovans gladium pro patre fulmineum.
Hi meruisse mori se patre superstite gaudent.
Natos nunc atas longa patrum cruciat.
Naturale sacrum par, ipsi dico parentes,
Quod fuerant natis materies sceleris.*
55. *Certi sunt testes in se Pharnax & Orestes
Hic misera matris letifer, ille patris.
Pectoris humani fraus facta domestica vincens
Ipsam naturam surgit in omne nefas.
Hac ignem cineri subdens, aconitaque melli,
Secum luxus iners, fastus & alta tumens.*
60. *Fas odii, furor excedens, spinosa simulas,
Hen sibi divinum subderant hominem.
Dic cuius mentem nunc non iuvat esse nocentem?
Quis non voluit homo quodque nefas animo?*

De cœtero feliciter, & ex animi sententia TVA perage, mihi-
que favere perge. Scribebam Helmstadii d. XIII. Oct. MDCCXX.